



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digr. 17. De cogitatrice virtute, memoratriceque, ad ter. com. 70.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

ita mente plurimum uiuit & agit, non phantasia.

Bestia his nituntur solis, quod nil habeant melius.

Hunc locum alia duo illustrabunt. Alter in tex. 32.

Alter in proximo librorum Metaph. Bestia enim,

quae ratione caret, phantasia, aut etiam memo-

riis utrobique scripsit uiuere: hoc est phantasia

praesentium & memoriae praeteritorum: quae ambae

in altero loco phantasiae communi nomine conti-

nentur, quoniam memoria nil aliud est, quam pha-

ntasia rei antea cognitae imaginem sibi efformans.

Hominem autem ratione praeditum ratiocinationi-

bus gubernari. Quibus uerbis exponit, quid signi-

ficeret uobis, quem hic nominat. Nam utroque in loco

λογισμός interpretatur, & in altero διδρασκω addit. Ut

idē sint uobis, λογισμός, & διδρασκω, nisi quod διδρασκω

latius patet; nec eam modō, quae ratiocinando acquiritur,

sed omnem planē intelligentiā significet. Nec du-

bium, ubi de agendis est sermo, intellectū practicum

intelligendum esse; qui tum de illis ratiocinatur, tū

agendi principium existit: etsi non sine phantasia;

quia de sensibilibus rebus ratiocinatur, circa quas

actiones ea, de quibus est sermo, versantur. Verum

tunc homo dicitur mente & ratione uiuere, quādo

ea utitur & qua parte homo est operatur. Fit enim

non ratio, ut obruta & impedita mente non agat ut

homo, sed ut animal & bestia. Tuncque idem in eo,

qui in bestiis ceteris, phantasiae usus est.

Sane tribus modis ita obruitur & impeditur mēs

in suo munere fungi nequeat. Primum; perturbati-

one ut effrenata ira vel indignatione, immoderata-

te cupiditate aut timore. Siquidem anima uni

tota applicata ab aliis sese subtrahit. Deinde mor-

bo; ut phrenesi, delirio, furore, ebrietate. Tum uerō

fomno. Duobus, n. modis impeditur facultas que-

piam, ne operetur, aut impeditio turbatoe subie-

cto; aut quod a potentiori facultate & operatione

retrahatur corpus, cuius intellectus est forma,

turbatur & impeditur morbo; retrahitur autem

ipse fortiori actione; aut nutritis uirtutis, ut in sō-

no, aut sensus, ut in perturbacionibus uehe mē-

tionibus. Has enim ob causas cum phantasia non

dominetur aut omnino non uigat mēs, phantasiae

ad agendum impellimur: Puerilem aetatem iure op-

timo addit Simplicius. Quoniam in ea ob corpo-

ris ineptitudinem atque imperfectiōnem nondum

uiget nec operatur mens; sed quasi fomno sopita

detinetur: eaque uita nostrae parte phantasiae ut be-

stia uiuimus. Quemadmodum enim, inquit in

Timaeum Proclus, in his, qui aetate sunt prouectio-

re, delirio feriatur ratio; sic in recens natis adest

quidem, ob amentiam uerō obtenta in otio est.

Rectē autem adnotauit Philoponus; cum Ari-

stoteles non dixerit mentem in nobis quidquā pa-

ti, sed duntaxat obtegi, obrui & quasi obnubilari;

satis clarum esse, rationalem animam immortalem

eum esse credidisse. Quippe in textu quoque 65. libri

primi mentem dixit non corrumpi: & tex. 66. in-

telligere quidē & contemplari aliquo intus corru-

pto marcescere; ipsum tamen impatibile esse.

Ceterum paucis haec omnia perstringam. Finis,

cur animalibus tributa fuerit phantasia, est, ut in illis

agendi principium sit; appetitum scilicet excitado

re sensibili appetenda aut respuenda proposita. Etsi nō

eodem modo in animalibus omnibus exequatur.

Nam in quibusdam semper & per totā uita eo fun-

gitur munere; ut in bestiis, quae meliori principio

carent. In aliis, quae mentē quoque habent, ut in ho-

mine, certis solum quibusdā temporibus, quibus

non operatur mens. Illi namque tunc phantasia sue-

cedit, atque operationibus, uicē nostrae dominatur.

Neque haec aduersantur illi, quod in tex. 154. di-

ctū est, phantasia affectū nullum permouere, sed

perinde nos imaginando habere, ac si timenda vel

confidenda in pictura spectaremus. Etenim phan-

tasia sanē per se considerata nullū excitat appetitū

motū; sed interueniente opinione, quae res uera exi-

stimetur; aut in bestiis memoria, se aliquando ab ea

re quidpiam fuisse passas. Nam appetitus fertur in

rem ut est in se, cognitio in eam ut est in cognoscē-

te. Quare dū opinamur rem ita esse, aut ita aliquan-

do fuisse recordamur; commouemur sanē; dū ima-

ginamur solum, non item.

Alium eiusdē phantasiae usum hominis propriū

qui est ad intelligendū & omnino menti, dum cō-

templatur, famulandū; post idem philosophus ex-

ponet, ubi mentem dicit, cum contemplatur, ne-

cesse esse phantasmata simul contemplari. Quare tū

contemplatur, tum breuius principium quodammodo est.

Sed posteriorē hunc usum nunc praetermisit; quōd

hominis proprius sit, de quo solis animalibus hoc

loco ageret; quaeque omnibus cōmunia sūt, quereretur.

At inquiet Philoponus uel apud eum Plutarchus,

phantasia nil menti & dianae conferre: quin ab

his potius expurgari, absolui, & perici. Et in Pha-

dōne Plato, eam animo implexam actionem illius

turbare. Verum profecto animaduertimus, nos nisi

imaginando non ratiocinari nec omnino intelligen-

re; ne ea quidem, quae sua natura sunt incorporea,

neque habere phantasma possunt. Quod ex coniun-

ctione nimirum mentis cum corpore corporeisq;

sensibus oritur. Propterea enim sensus & phanta-

sia antecedere debent, quae obiectum illi proponat

atque ad intelligendū prouocent. Mens tamen ut

diuiniore uis est, potest a corporeis ad incorporea

transire, phantasiaeque incorporea tanquam

corporea cum quantitate & figura imaginan-

tem corrigere & expurgare, nudam incorpoream

naturam a quantitate & figura liberando eamque

per se solam concipiendo. Quocirca eatenus pha-

ntasia dici potest animi actiones turbare, quatenus

minis sinceram, sed cum sensibus accidentibus &

conditionibus, rei cuiusq; praesertim incorporeae

naturam proponit. Verē autem Themistius prodi-

dit in lib. de mem. & remin. eam modō cōmodare

modō incōmodare ratiocinanti: cōmodare in ma-

thematicis, incōmodare in diuinis & immateria-

libus contemplandis.

Digressio xvii. De cogitatrice uirtute, Memoratriceque.

Quae ab Aristotele de sensibus disputantur, hae

finem habent. Neque enim aliam is phantasia

superiorem facultatem esse credidit. Sed statim ad

intellectum & mentem disputatio progredietur.

Mihi uerō duo antea praestanda sunt. Alterū, est di-

cere de cogitatrice uirtute, quā in homine Auerroës

posuit. Alterum de mem. & remin. quas si non fa-

cultates, habitus certē aut affectiones sensus ipse

met philosophus nominauit.

Quod in animalibus ceteris aestimatrix est, in-

entiones nō sensibiles, amici & inimici, uilis & no-

xij diudicans; hoc in homine cogitatricem esse A-

uerroës uoluit, & post eum cōtenderunt eius disci-

puli. Materialem hanc esse sentientemque uirtutem

statuunt, & substantiam singularem cognoscere;

quemadmodum intellectus uniuersam ac ceteri

sensus accidentia sola percipiunt. Immo & cōpo-

nerere ac diuidere, circaque res singulas ratiocinari, ut

circa uniuersas intellectus. Et ideo inter intellectū

ac sensus ceteros mediam esse, rationeque quoquo

modo participare; atque humanas actiones & uita

nostram administrare. Omnino hanc esse propriam

Phantasia ut appetitū excitet.

Phantasia ut in cell. aut profertur obse.

De cogitatrice uirtute & memoratrice opinio.

Vertical text in the left margin, likely a library or collection identifier.

hominis formā ortui atque interitui obnoxiam: ad quam, inquit Themistius, progressa natura canit receptui. Cum illa verò intellectū vniri, vt acceptis ex phantasmatibus speciebus intellectibus simul cū illa operetur resque vniuersas intelligat. Itaque ex intellectu & cogitatrice ita fieri vnū, vt ex alia quavis intelligentia & cœlesti orbe: intellectū; assistētē duntaxat hominis formā esse cogitatricē formātē. Quoniā tamē perfectissima est vnio, hominē quoque; verē dici intelligere, & alia, quæ intellectus propria sunt, operari. At quoniā immortalis est intellectus, cogitatricis mortalis; nequaquā intellectū cū hac aut illa, sed cū vniuersa cogitatrice totaque humana specie coniungi. Foreque; eadē, vt cū intellectus beneficio & ope cogitatricis rerum omnium cognitionē fuerit consequutus, hæc perfectissimē cum illo vnietur summaque; fruatur beatitudine: atque hunc intellectū adeptum vocant.

Cōsuetudo
ratio.

Hæc illi de cogitatricē virtute. Quæ nec Aristoteli, nec peripateticis consentaneæ sunt, nec rationi. Aristoteli namque; & peripateticis iam ostensum est nullam fuisse sentientem virtutem phantasia superiorē atque inter illam & intellectum mediā. Dianxam. n. non sentientem vllam facultatem, sed intellectus ratiocinationem illis significasse, satis in superioribus, tum alibi sæpē, tum in digressione ad textum 152. ostensum est. Quod eam hominis formam faciunt, alio loco examinabitur; humana namque; naturam intelligente animā constare demonstrabitur. Si cogitatricem in homine velint eam virtutem nominari, quam in animalibus cæteris æstimatricē dicimus; nomen sanē. Vt enim propter rationis confortium operationem habet meliorem, qua intentiones non sensibiles & plures cognoscit & exquisitiū diudicat & comparat; ita & honestius nomen habere potest, & verō etiā si illā cōtendant actiones humanas & vitā nostrā quoquo morbo gubernare; ita sanē sit. Nam & conueniens cognoscit & non conueniens, vtile ac noxium, amplectendū & fugiendum; & intellectus interdum perturbatione, morbo, somnoūe obruitur. At si eam contendant substantiæ vim percipere; audiendi non sunt. Quoniā virtus sentiens circa accidentia sola versatur; substantia ad intellectum pertinet; neque; sensibilibus, nisi ex accidenti, vt in tex. 65. & 134. positū est. Immo nec intellectui permittitur intelligere substantiam, nisi aliquando sensibili phantasmate inuolutam; vt dicitur in tex. 30. & 39. lib. 3. & cap. 1. lib. de me. & remin. & experitur vnusquisque; in seipso. Multo minus credēdū est circa res singulas eam ratiocinari. Tum quia hoc intellectus officii est; non solum in quā circa res vniuersas, verum etiā circa singulas, vt in moralibus practicus intellectus. Tū quia omnis ratiocinatio vniuersali aliquo principio nititur; & in Analyticis ostenditur ratiocinationē omnem ex duobus illis generalibus principiis pendere; Dici de omni, & Dici de nullo. Etenim ex aliquo noto ignotū quidpiā cognoscere oportet; quodque; ignotum est tanquā in seminario latet in superioris aliquid & vniuersalis virtute. At sentiens nulla facultas apprehendere potest vniuersale resque; duntaxat singulas cognoscit; ex quibus velut disparatis nulla sit bona propositio aut ratiocinatio. Nam etsi dixerō, Petrus est hic homo, notionem hominis vniuersam comprehendā, quam ad hunc hominē contrahā. Et omnino sola rationalis pars ratiocinari potest. Alioqui nec in bestiis possemus ostendere ratiocinationē non esse. Propterea. n. illas ratiocinari negamus, quod rationali animæ parte atque; intel-

Ad text.
co 7.
43

ctu careant. Quod si quæ alia virtus ratiocinaret, cum admirabilia profus in illis cernamus opera, negare haud possemus eas ratiocinari. Denique ea, quæ de illius vnione cum intellectu ab illius uentoribus proponuntur, fabulosa prorsus sententia que hoc præferunt loco magna indigent confirmatione.

Altera digressionis pars. De memoria & reminiscencia.
Venio ad memoriam & reminiscencia. Quæ plerisque; non operationem solā, sed facultatem quoque; significat: cui duplicē actū tribuunt; cōseruare scilicet uis obiectorū sensib' cæteris perceptorū, eorūque; operationes repetere. Ego & facultatē non esse à phantasia diuersā antea demonstrauimus: & nunc prius non admitto; cum nullas esse species non dicitur, & argumentis pluribus à Platino in lib. de sensu & in cap. 3. rem vidēā demonstratā. Sed posteriorē duntaxat. Ita Platonis in Philebo definitionem accipimus. Memoria est sētis cōseruatio. Et illud Porphyrius in 1. de occasionibus; Memoria non est imaginatio cōseruatio; sed ipsas propositiones siue productiones in actū eorū, quæ meditat' est anim' nuper, educere. Perinde. n. est, ac si cū Aristotele dixeris in li. de mem. & remin. eā esse rei præteritæ vt præteritæ est, recognitionē; seu rei antea cognite, vt fuit antea cognita, repetitā cognitionē. Neque; n. specierū Platoni, sensus cōseruationem dixit, quod rem antea sensu cognitā recognoscere potest; & ea Porphyrius dicit quæ nuper meditata est animus.

Est sanē præteritorū memoria vt præteritorū. At non ita, vt sit cognitio rei sub ratione præteriti. Quoniā belluarū genus non percipit tēporis formam, hinc, quod mente sola comprehenditur: & nos quoque; memoriter sæpē aliquid recitamus aut rei cuiuslibet recordamur, nihil profus de præterito tēpore, quod rem esse præteritā cogitantes. Neque; ita, vt cognitio sit rei præteritæ, hoc est quæ in rerū natura tum non subsistat. Etsi. n. eorū etiā, quæ fuerunt accipere, meminimus; & ipsillimē tamen eorū, quæ adhuc subsistunt, recordamur. Verū illud ut pronuntietur, vt cognitio sit rei, quæ non cognoscitur nunc primum, sed antea fuerit cognita, nunquam cognoscitur, neque; ad rem præteritū tēpus, sed ad cognitionē referatur. Etsi; tēporis hæc cognitio tōtōperē necessaria, vt nisi ea ad sit, memoria nō hinc cognitio noua, inuentioque; aut disciplina. Caput de cardinē, tū in memoria, tū in reminiscencia, eā esse dixit Themistius in 2. lib. quæ de vtraque; scribit cap. 13. Potestque; aut determinati tēporis esse cognitio, si meminim eius, quod heri aut superiori mēse vel anno aspexim; aut incerti & in definiti, vt si solū recorder, me antea vidisse; quādo viderim, non recorder.

Ab omnibus autē duplex nominatur memoria. Vna verborū, altera rerū ac sententiarum; & ratiocinationis naturalis vna, altera constans arte. In quibus quædam res & natura præstant verbis & arti, tantū memoria rerū & naturalis antecellit alteri, quæ verborū est artificiosa. In vtraque; planē admirabilis est tā fidelis & exacta post longissimū interdū tēpus tā multarū rerū ac verborū repetitio: vt in rebus, tū numerus & ordo, tū circumstantiæ quoque; omnes: & in verbis præter multitudinē & ordinē singulorū, syllabarum item & accentuum fidelissima redditio omnino sit admiratione dignissima. Nec prætermittendum, quod quæ in pueritia didicimus, diuinitas firmitusque meminisse solemus, nec vnquam peccatus obliuisci; alia non item. Haud scio, inquit Critias apud Platonem in Timæo, an quæ heri aut diu, referre nunc omnia memoriter possim. Quæ

Dianxam

verò paor accepi, mirabor equidem si quid eorum memoria mihi exciderit. Huius rei causa est. quòd animus cognitionis omnis expertis cognoscendique cupidus primas illas cognitiones auidè & cum incunditate accipit, dilu insilit, firmiterque impunit. Non enim ab alijs oblitètibz cognitionibus perturbatur & impeditur: & tabella, in qua nihil est scriptum (vt exemplo vtar philosophi) prima illè rerum notè alijs insiguntur. Nec parum habet momenti admittatio, qua pueri tantquam noua suscipiant omnia. Ea quippe, inquit Idem Critias, cum voluptate & ioco audiebam; cum & senex ille libenter me doceret, & ego ab illo identidem requirerem ac lasciarer. Quapropter quali quædam literarù inuistè indelebiliter notè ea mihi omnia infixæ memoriæ permanserunt. Et Plotinus loco paulò ante indicato, Quando ad aliquid eorum, quæ offeruntur, corroboratur anima, diu ad idem quasi ad præseas afficitur; & quò magis corroboratur, eò diutius. Quam ob causam pueri magis memores esse dicuntur. Quoniam non citò desunt, sed rem ipsam diu ante oculos habent: quippe cum nondum distrahantur in multa, sed cum paucis vehementer incumbant. Quorum verò cogitatio visque circa multa versatur, si quasi percurrunt, nusquamque insilunt. Propterea etiam eorum, quæ nos ipsi inuenimus, facile recordamur. Amamus enim nostra, & vt noua atque admirabilia accipimus. Fit quoque persæpe, vt absoluta & vtilissima quæque, & quæ minimè vellemus, occurrant statim: quæ verò recentia sunt & quæ vellemaximè, meminisse non possumus. Causa videtur esse in spiritu, qui aptus interdum non est ad illius rei memoratorem efficiendam, ad quam alio tempore est quàm optimè comparatus. Plurimum namque spiritu & bene temperato indiget: tū quòd plures alias antecessentes operationes requirit: tum quòd celerem habet motum & repetitionem multoties in qua & plurimum consumitur spiritus, & nisi optimè temperatus sit, perturbat & confundit. Sed & in tex. 20. li. 3. dicitur est Philosophus; Non recordamur autem, quoniam corruptus est intellectus passiva, hoc est phantasia.

Propterea qui posteriorem capitis partem amplam habent & latam, ferè creduntur valere memoria; quòd amplum habeant locum, in quo & multus contineatur spiritus & optimè temperetur. Sed neque id vniversè verum est: quippe non omnes, qui ea sunt capitis forma, valde sunt memores; & alij persæpe magis, qui aliam habent. Neque posterior ille locus sensui aut omnino cognitioni, sed motui dicatur est. Pueri & senes sūt immemores; quoniam illi propter accretionem, hi propter decretionem in multo sunt moti, & spiritus continenter fluit agiturque: Sed & minus temperatus est, humidior in pueris, siccior in senibus. Eadem est & organi còditio; quòd illis vt fluentem aquam, his vt anti qua edificia esse scripsit philosophus in c. 2. Pomiliones item propterea minus memoria valent; tum quòd nimium habent pondus in capite huius operationis instrumento: tum quòd propter nimiam cordis propinquitatem calidior, minusque temperatus est spiritus: quòd si frigidus esset cor, exiguus, nec satis tenuis ad esset spiritus. Homo præ cæteris animalibus maximè dicitur valere memoria: tum propter maiorem animæ perfectionem ac virtutem, spiritumque optimum: calore namque plurimo copiosior gignitur, & cerebro multo eoque frigidissimo & humidissimo optimè temperatur. Tum quia maximè potest cognoscere tempus; nec

A materialiter solùm, vt cætera; sed & formaliter: memoria verò cognitio est rei præteritè vt præterita est. Tum etiam quia ratiocinatione pollet, qua recordatio rerum iuuatur plurimum. Nam & meditatio crebra & consideratio phantasmatis, vt imago est, memoria còstituit; & ratiocinatio ex vno aliud colligit.

Ex quo nouum reminiscentiæ prodijt nomen. Memoria enim apprehensionem rei priùs cognitæ continuatam nullaque obliuione interpellatam significat. Reminiscentiæ verò rei est antea cognitæ repetitio, vbi intercessit obliuio; inquirentè scilicet mentis ratiocinatione atque ad memorandum ex similibus aut contrariis aut propinquis progrediente, & omnino ex vestigio aliquo conseruato & incolumi referente nos in cognitionem eius, quòd memoria exciderat: quasi reminiscentiæ memoriæ prioris reparatio collapsæque renouatio sit. In iis enim, quæ ordinem quempiam & connexionem habent, vnus motus facillè alterius motum consequitur atque vnus alterius recordationem prouocat. Quemadmodum enim longis atque exilibz hastis accidit, vt quisquis vibrauerit capulum, reliquas hastæ partes ad cuspidem vsque concutiat: vt è qui longi connexique ordine funis extremitatem alteram quatit, continuam concussionem per medium spatium ad alteram extremitatem transmittat: sic & humana mens, inquit Maximus Tyrius ferm. 28. exiguo principiorum haustu ad integrè rerum intelligentiâ progreditur. Vidi aliquando hominem cum lyra; impressum remanet lyra simulachrum: postea occurrit alius fidebus canens, aut depicta lyra; prioris illicò lyra recordor, atque ex lyra progredior ad hominem, qui tenebat lyram; tum ad locum, in quo erat; ad carmina, quæ canebat; ad eos, qui audiebant; atque ad adiuncta complura. Itaque reminiscentiæ vt ratiocinationem adiunctam habet, quæ ex vno noto ad ignotum aliud, hoc est antea quidem cognitum, sed post obliuione deletum, progredimur, sic hominis propria est: memoria cum bestis quoque còmunis.

Quò fit, vt aliqui memoria valeant, reminiscentiæ nõ itè. Nam et si huius rei causâ pleriq; dicant esse, quòd memoria siccitatè requirat organi, qua species impressæ conseruetur; reminiscentiæ verò humorè, quo celeres & præpti motus fiant. Ea tamen est verior; quòd altera bestialis est & sentientis animæ virtus; altera intelligentis & hominis propria, dū ratiocinatione perficitur: fitque interdū, vt apta aliqui dispositiõne habeant memoriâ sentientisq; animæ; non itè ratiocinandi & intelligentisq; bestiali quidè optima fruatur vita, at iners sit & tarda intelligentis ac ratiocinatrix virtus, ægreg; ex vno ad aliud progrediatur. Sanè quotquot malè reminiscences cõperies, nullis quoq; illos ingenij ac mētis viribus valere atq; ad omnia hominis propria opera tardos esse atq; ineptos animaduertes. Et fortasse philosophus nõ aliam credidit esse in nobis intelligentè memoriâ, quàm hanc reminiscentiâ; sentientè in quâ memoriâ cū mentis ratiocinatione coniunctâ. Vnde illud in t. 66. li. 1. & t. 20. li. 3. huius operis, nos post mortè nulli rei meminisse aut reminisci; quia corrupta est phantasia, & ideò sentiens omnis memoria abolita.

Quare etiâ quòd memoriâ dixi in animalib; infesse cæteris, ita accipias, vt in solis perfectis memoriæ speciè habeat: quoniâ in illis solis perfecta est phantasia ratiocinatioque; cognitio, sine qua memoria nulla. In cæteris vt phantasia, sic memoriæ vix vestigium vllum.

Quod autem in Phædone & Menone disputat Plato, nostrum addiscere nil aliud esse, quàm re-

Cur non vñ, que paucis vehementer incumbant.

Cur non occurrat interdū quæ vellemaximè.

Qui memoria via vellemaximè.

Cur homo maximè memoria via vellemaximè.

Memoria est reminiscentiæ quid differat.

Memoria est cuiusdam virtutis non reminiscentiæ.

Memoria in intelligentibus.

Memoria in animalibus.

EEEE

*Ad discipulum
care non
esse re-
miniscenti.*

minifci; alterius est loci examinare. Ad hunc pertinet solum intelligere plurimum hæc differre. Nam si nunc primum addiscamus, siue ab alio, siue propria inuentione edocti; reminiscentia non est; quoniam hæc rei est, quæ prius fuit cognita. Sin autem rursus addiscimus rem, quam antea sciuimus, sed obliui sumus; reminiscentia item non est: quoniam hæc in nobismet ipsis mouetur ex principio aliquo incoluui conseruato; quod dum animus lustrat, ad alia cum eo coniuncta excitatur. Qui uero addiscit, non à seipso, sed ab alio docente mouetur.

*Memo-
ria quæ
iuuent.*

Denique tum memoriam, tum reminiscentiam, hæc plurimum iuuat. Optima temperies & dispositio spiritus ac cerebri; quies corporis; uacuitas perturbatio- num animi; agitatus enim spiritus memoriam turbat; diligens, accurata, & uehemens attentio ad ea, quæ uidemus, audimus, ac cæteris haurimus sensibus; crebra earumdem rerum meditatio, quæ uelut habitus quidam comparetur; ordo demum ac dispositio certa rerum similibus, contrariorum, propinquorum.

*QUÆ SIT PROPRIA INTEL-
lectus natura.*

CAPUT V.

Quod Aueroi terti libri principium est.

TEXTVS.

Πεδὶ τῆς ψυχῆς ἡ φαντασία, ἢ γινώσκουσα τὰ ἀφανή, καὶ φερούσα, ἔστι χωριστὸ ὄργανον, εἴτε καὶ μὴ χωριστὸ καὶ μὴ ἄριστον, ἀλλὰ ἐστὶ λόγον, ἐκαστὸν τῶν ἰσχυρίων διαφορῶν, καὶ πῶς ποτὶ γινώσκουσα τὰ ὄρατα.

De parte autem Anima, quæ cognoscit Anima, & sapit; siue separabilis illa sit, siue non separabilis magnitudine sed ratione; considerandum est, quam differentiam habeat, & quo tandem modo intellectus fiat.

*Digressio XVIII. De ordine consequentis
Tractationis.*

Alexander cum ab Aristotele proximè superioribus uerbis audiuisset, Phantasiam principium in Animalibus esse, quo appetitione commota prosecutionis, & fugæ, & omnino arbitrarie omnis, & spontanea consequatur actio: dicendum sibi duxit de impulsu, & impulsoria uis; hoc est de motu, deque appetente facultate illum excitare; antequàm de intellectu disereret. Quamobrem hunc inter animæ uirtutes ordinem posuit, ut primæ omnium uirtutes vegetantes sint, deinde sentientes, tum appetens & mouens, postremò his tanquam omnium spectator intellectus accedat.

Verum ita agendi, ac scribendi hæc fuit Alexandro causa, quòd intellectum assistere nobis duntaxat crederet, non corpora nostra formare nec ullius operationis, nisi intellectus principium esse. De hoc nunc disputandum non est. Sed eum constanter affirmabo nequaquam Aristoteli consentaneè tractationem suam disposuisse. Is enim apertis uerbis antea dixit in textu 119. Posteaquam de Phantasia dictum fuisset, de excitatione, hoc est intellectu dicendum esse. Ex ubi Phantasiam dixit agendi principium esse; in bestiis quidem omni tempore ita esse prodidit, quòd meliore careant principio. At in homine, qui intellectu uiuit, tunc duntaxat, cum intellectus impeditur interdum, & cessat. Alioqui hic est in nobis ad appetendum, & agendum excitator. Cum igitur esse agendi principium tum Phantasie, tum intellectui commune sit; de utroque illo principio primum dicendum erat; deinde appetitu, & motu, quibus actiones eas exequimur. Hanc ob causam post Phantasiam Philosophus de intellectu differuit, postremò de appetitu, & motu. Accedit maxima Phantasie & intellectus coniunctio. Etenim ambæ facultates cognoscentes sunt, uniuersumque cognoscentium uirtutum genus absoluumendum erat, antequàm duo reliqua, appetens & mouens, attingerentur. Perturbata siquidem tractatio superit, si dimidiato cognitionis genere relicto, appetitus, & motus interponantur, tum ad illud idem cognitionis genus absoluumendum reuertaris. Deinde intellectus operatio tantopere opus habet Phantasia, ut eam sequatur, et adhaereat, illi insiliat: neque in agendo solum, sed & in contemplando. ut si uerè loqui uelis, plane affirmare possis, Phantasie usum finem, quem aggressus erat Philosophus explicare, absolutum nondum esse: sed eum solum propositum, qui animalibus omnibus communis est: alterumque hominis proprium, qui est ad intelligendum, superesse. Neque propterea inter Phantasiam, & intellectum uirtutis alterius considerationem interponi posse. Tum uerò utraque hæc facultas communi intellectus nomine appellari solet: & in textu ante notato intelligere in Phantasiam, & intellectum propriè dictum diuisum fuit: Uniuersumque hoc genus fuit absoluumendum, antequàm ad aliud fieret transitus. Postremò in nobis ipsis utraque ab æterno obiecto praesente excitata operatur: liberamque habet actionem, tum circa praesentia & absentia; tum circa ea, quæ sunt & ea quæ non sunt. Ac demum utraque uera & falsa esse potest.

Itaque dum de intellectu prius, tum de motrice facultate agitur, naturæ, dignitatis, & uerè etiam doctrinæ ordo seruetur. Naturæ, quoniam cognitio prior est appetitu & motu; & ut in bestiis Phantasia, sic in homine intellectus motum antecedit. Dignitatis; quia intellectus multò præstantior est ac diuiniore, & uelut appetitionis ac motus principium & dux: omninoque cognoscens uis non cognoscente melior iudicatur. Doctrinæ demum; quòd hæc intellectus cognitio cum antecedente, quæ de Phantasia fuit, plurimum erat coniuncta; illaque habita facilior appetitus & motus explicatio futura est. Quippe hæc per illam comparatur.

COMMENT-

Digressio